

Joachim Heinrich Sibrand


Programma, Quo Rector Academiae Rostochiensis, Joachimus Henricus Sibrand ... Ad Exequiarum Officia, Quæ Viro ... Dn. Johanni Petro Grünenberg/ Phil. Et S. Theol. Doctori ... Vidua Luctuosissima, Moestissima, Honorifice Ac Solenniter Paratura, Omnes Omnium Ordinum Ciues Academicos, Peramanter, Et Diligenter Inuitat

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1712?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1806957485>

Druck Freier  Zugang







66 Stücke

Wk1b Gen

2/2 -4°


Inhaltsverzeichnis der Leichenprogramme
in alphabetischer Ordnung der gefeierten
Person mit Sterbejahr.

1. Arnd, Karl. 1721.
2. Bademüller, Johannes. 1723.
3. Baltzer, Jakob. 1706.
4. Becker, Heinrich. 1720.
5. Bergk, Catharina v., geb. v. Hecken. 1712.
6. Steinkopf, Margaretha, geb. Christian. 1719.
7. 8. Crohn [Krohn], Johann Adolph. 1750.
9. Darjes, Joachim. 1740.
10. Duve, Joh. Abraham. 1728.
11. Fabricius, Jakob. 1653.
12. Festing, Johannes. 1685.
13. Willebrand, Catharina Christine, geb. Fischer. 1742.
14. Eggerdes, Catharine Marg., geb. Gerdes. 1714.
15. Graumann, Christian Daniel. 1764.
16. Tielcke, Cath. Dorothea, geb. Giesen. 1719.
17. Glück, Friedrich Gottfried. 1707.
- 18-22. Grünenberg, Johann Peter. 1700.
23. Haberkorn, Joh. Balthasar. 1707.
24. 25. Hahn, Julius Ernst. 1751.
26. Henning, Anna Christina, verh. Redeker. 1718.
27. Hildebrand, Christian. 1712.
28. Knesebeck, Heinrich. 1719.
29. Lembke, Agneta, geb. Hinze. 1749.
30. Lesch, Daniel. 1707.
31. Lindemann, Eva, verh. Dugge. 1719.
32. Lindenbergh, Kaspar. 1713.
33. Lüders, Marcus. 1738.
34. Mohr, Heinrich. 1729.
35. Schmidt, Helene Catharina, geb. Petersen. 1756.
36. Radow, Georg. 1699.
37. Müller, Christian. 1740.
38. Niehenck, Georg Vitus Heinrich. 1795.
39. Palthen, Samuel von. 1750.
40. Rhades, Georg Michael. 1758.

41. Rhon, Christoph Gottlieb. 1724.
42. Schelhamer, Henrica Maria, verh. Burchard. 1720.
43. Sandow, David. 1752.
44. *Brasse* (Saß), Charlotte Wilhelmine, geb. Thymne. 1787.
45. Schlaff, Agneta, geb. Lembke. 1748.
46. Vorast, Margareta Sophia, geb. Schleeff. 1758.
47. Schmidt, Jonas. 1745.
48.49. Starck, Samuel Christfried. 1769.
50. Gens Schuckmannia. 1706.
51-55. Schwartzkopff, Kaspar. 1691.
56. Senst, Johannes. 1723.
57. Sibeth, Nikolaus. 1721.
58. - , Catharina Elisabeth, geb. Siebrandt. 1719.
59. Sibrand, Catharina, verh. Radow. 1720.
60. Stever, Christian Michael. 1722.
61. Tielke, Joh. Joachim. 1724.
62. Vandewil, Alexandre de. 1684.
63. Stockmann, Anna Margäreta, geb. Varenius. 1715.
64. Walther, Matthias Gustav. 1768.
65. Weidener, Johann Joachim. 1732.
66. Wolfrant, Dietrich. 1698.

Ko





PROGRAMMA,
QUO
RECTOR
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS,
JOACHIMUS HENRICUS

Sibrand / V. J. D.

ET PROF. MORAL. PUBL. ORDIN. AC
FACULTAT. SUÆ DECANUS,

AD
EXEQUIARUM OFFICIA,

QUE

VIRO

MAXIME REUERENDO, AMPLISSIMO, EXCEL-
LENTISSIMO,

DN. JOHANNI PE-
TRO Brünenberg/

PHIL. ET S. THEOL. DOCTORI, HUIUSq; PRO-
FESSORI PUBLICO DUCALI ORDINARIO CELEBRATISSIMO, CON-
SISTORII PROUINCIALIS DUCIS MEKLENBURGENSIS ASSESSO-
RI ORDINARIO, ET CONSILIARIO DEXTERRIMO, DISTRICTUS
ECCLESIASTICI PER DUCATUM MECLENBURGICUM SUPE-
RINTENDENTI, CIRCULIQUE SPECIALIS MECLENBUR-
GICI PRÆPOSITO VIGILANTISSIMO,

VIDUA

LUCTUOSISSIMA, MOESTISSIMA,

HONORIFICE AC SOLENNITER PARATURA,

OMNES OMNIUM ORDINUM CIUES ACADEMICOS, PERAMAN-
TER, ET DILIGENTER INUITAT.



ROSTOCHII,

Typis Joh. Wepplingi, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.



Um Viduam intueor, quæ hodie funus parat desideratissimum, totam totam luctuosam, lamentis semet plane dudentem, in lachrymis se lauantes, ferme inconsolabilem, atque ad morem respicio inter Christianos receptum, quo quilibet ad solamen lugentium, vel pio voto, vel aliis argumentis quædam conferre allaborat, quæ omnia huc tandem collimant, ut a luctu desistant, ne fleant, ne lugeant, ne lamententur, haud incommode videntur quæsituri illi, qui in luctu constituti, atque obiecturi, an Christianus possit non lugere, & quod magis, lætari de morte suorum, quos sincere, & ex animo dilexit? Siue Coniuges fuerint, siue Parentes, siue liberi, siue fratres, sororesue, siue cognati, siue affines, siue amici, ac familiares, alique. Et responderem ad utrumque affirmando. Loquor autem de *Christiano*: adeoque omnia illa, quæ communiter pro luctu necessario afferri solent, partim ab ipsis animalibus brutis, horumque instinctu naturali, partim ab auctoritate, & ex dictis Oratorum, doctorumque Virorum, partim etiam ab exemplis piorum, ac Sanctorum desumpta, aliaque huius commatis, quæcunque etiam fuerint, vno ictu corruunt. Nec enim instinctum naturalem, neque dicta doctissimorum etiam Virorum, nec exempla Sanctorum, Christianus loco regulæ, normæ, bases ac fundamenti actionum suarum assumit, sed vnicum, & solum verbum diuinum reuelatum. In omnibus reliquis falli potest, in hoc nunquam. Quæsiui de eo, an Christianus possit non lugere, lætarique de morte suorum, non an debeat vel lugere, vel non lugere, an debeat lætari. Prout enim Jcto erubescendum esse sine Lege loqui, tralatitium est, ita & Christiano erubescendum, absque expressa litera Legis, voluntatisque diuinæ, aliquid vel præceptum, vel prohibitum dicere. Cum ergo nullibi per mandatum aliquod generale iubeat Summum Numen in Sacro Codice, quod vel lugendum de morte suorum, vel etiam non lugendum, sed lætandum, actum hunc Christiano mere esse indifferentem, exinde necessario sequitur: Proindeque nec culpandos eos qui lugent, dummodo haud excedatur modus, nec sinistre iudicandum de illis, qui non lugent, sed potius lætantur, & in sinu gaudent de morte beata suorum, dummodo reuera lætari possint. Sermo porro est de Christiano non lugente, vel etiam lætante de morte suorum, quos sincere, & ex animo dilexit. Notissimum est, multa fieri a Christianis, quæ fieri non debebant: licet (quod miror, quoties verba Jcti Papiniani in mentem veniunt,) illa quæ lædunt pietatem, & contra bonos mores sunt, nec facere nos posse putet Ethnicus. in L. 15. ff. de Condit. Institut. nec rara sunt exempla Coniugum, parentum, liberorum, fratrum, sororum, cognatorum, affinium amicorum, familiariumque, semet haud sincere, nec ex animo diligentium: hos ipsos lætari de morte suorum, quamuis luctum extrinsecus simulent, quilibet facillime crediderit: Imo communiter ex luctu, de amore aliorum erga suos, ex suo ingenio iudicare solent, etiam Christiani, prout scilicet vel intensior ille fuerit, vel remissior, ita quoque amorem erga demortuos, vel maiorem fuisse, vel minorem. Ast fallacissimo indicio, ac lubrico maxime fundamento: prout enim luctus plures possunt esse causæ, & fines, ita etiam e contrario idem de lætitia sentiendum. Addendum tamen adhuc, haud posse Christianum non lugere, & quod magis, vere lætari de morte eorum, quos sincere, & ex animo dilexit, ex propriis naturæ viribus

ribus, sed per assistentem saltem gratiam diuinam, Spiritu Sancto per verbum reuelatum dolorem omnem depellente, gaudiumque & lætitiã in corde operante. Nimirum videtur comparari posse Christianus cum illis, qui prout Jctis constat, duplicem repræsentant personam, ac duplici Jure censentur: qui quidem homines sunt, & manent iidem, pro diuerso tamen respectu quædam possunt, quædam non possunt. De quibus Regulam formant Dd. Quoties duplex in vna persona concurrat qualitas, quarum quælibet suum producit effectum, toties persona talis, pro duplici habenda. Testatur de duplici hac qualitate, quæ in Christianis deprehenditur, apertissime, summus Gentium Doctor, ac veritatis diuinæ, de qua immediate edoctus, celeberrimus Professor, Paulus Apostolus, Galat. V. 17. quod caro concupiscat aduersus Spiritum, Spiritus autem aduersus carnem, & hæc sibi inuicem aduersentur. En duplicem in vna persona concurrentem qualitatem, quarum quælibet suum producit effectum. Et quidem prout a Jctis in materia Seruitutis prædiorum fieri solet, vbi a prædio dominante, seruitus denominationem suam accipit, ita hic quoque a qualitate dominante non solum denominationem accipit Christianus, sed & quædam in ipso magis vel minus per verbum operari potest Spiritus Sanctus. Quoties iam (ne extra limites vel oleas vager, quamuis latissimus hic pateret per exempla diuagandi & excurrendi campus) Christianus, per mortem abrepto marito vel vxore, patre vel matre, filio vel filia, fratre vel sorore, cognato vel affine, amico vel familiari, ad præterita respicit bona, quæ iamiam transiere, atque ita præsentia amplius haud sunt: quatenus mala & ingrata plurima, licet actu præsentia non sint, tamen vt talia menti repræsentat, quatenus considerat specialem quendam nexum seu relationem, atque arctius fundamentum vnionis aliorum, secum per amorem specialem, imo summum coniunctorum, & quæ alia sunt huius generis, non potest non lugere, niterere, ac tristis esse, imo in hoc statu nunquam lætabitur. Quoties autem ad hoc respicit Christianus, quod mala nulla in Domino obdormientibus amplius sint præsentia, sed ipsis præsens summa iucunditas, & ineffabile ac perfectissimum gaudium, quod ex statu felicissimo percipiunt, imo bona hæc in æternum duratura: quoties perpendit, quod sui ad illum felicitatis gradum ascenderint, quem ipse summo voto, perperuis suspiriis, quouis tempore exoptat, desiderat, ac quotidie exspectat, an tunc lugere possit, an tristari? ille respondeat, quisquis gustauit & vidit, quam suavis & dulcis sit Dominus, Psalm XXXIV. (33.) v. 9. 1. Petr. II. 3. quisquis vel guttulam gustauit virtutum seculi venturi, Ebr. VI. 5. Prout autem in nostris haud constitutum est viribus, in tali nosmet collocandi statu, ita nec nostri arbitrii, ac potestatis esse, luctum atque tristitiam ex obitu nostratium ortam, pro lubitu abrumpendi, exinde euentissimum est, quod licet ratione sua assequi valeant, quicumque acerbe nimis lugent, sentiantque, quod in semetipsos, ac corpus suum sine omni causa sæuiant, dum circa irreparabilia, vt iacturam suorum, dolorem & tristitiam suam ipsi quasi nutriunt, imagines rerum deperditarum, atque ita tristitiæ motus his adiunctos, vsque reuocando, præsertim si penes ipsos plane non stetit, quod illa deperdita fuerint: Licet fateantur, dolore suo nil quicquam mutari, vel reparari posse: Licet agnoscant, citra voluntatem diuinam homines nec nauci, nec mori posse: Licet quoque ipsi lubentissime velint dolorem depellere

pellere, tamen eundem haud semper temperare queant: Quod ipsos eo
 deducere debebat, ut agnoscerent imbecillitatem suam summam, & vires,
 læto animo in voluntate diuina acquiescendi, ab illo expeterent serio, qui
 omnia potest. Hæc quæ hucusq; adduxi, facillime quilibet ad præsen-
 tem applicabit statum Viduæ nostræ luctuosissimæ, quæ hætenus ad præ-
 terita respicit bona, quæ iamiam nimis cito, ac inopinato plane transiere,
 adeoq; præsentia amplius haud sunt. Deplorat hæc maritum singulari-
 bus, pereximiis, & præstantissimis animi, ingeniiq; dotibus a Summo Nu-
 mine locupletatum, cuius, rariore exemplo, memoria felicissima, & iudici-
 um acre, eruditio summa, si non incomparabilis, consilia prompta atque
 expedita, flumen eloquentiæ, ac vis verborum in dicendo & scribendo,
 humanitas atque affabilitas animos hominum alliciens, sincera fides, studium
 indefessum aliis inseruendi, aliorumq; commodum promouendi, sedu-
 litas maxime gnaua, & prouida, imo tanta, qua aliis inseruendo, per
 concatenatos labores, se ipsum consumsit. Considerat Vidua mœstissima
 specialissimum, & incomparabilem nexum, arctissimumq; fundamentum
 vnionis, qua summo amore marito suo fuit coniuncta. Hinc illæ la-
 chrymæ. Abiit is, qui fuit honor ipsius, gloria, decus, ornamentum ac
 corona Capitis, delicia oculorum, & cordis gaudium. Hinc illi planctus.
 Valedixit quoad hanc vitam in perpetuum, is qui fuit altor ipsius, tutor,
 Curator, defensor, actor, adiutor. Hinc illi luctus. Vulnus vulneri
 superadditur, & cor, per obitum lectissimæ Matris ante nouem tere menses
 grauissime & lethaliter vulneratum, sauciatumque, iamiam plane eripitur.
 Hinc illi angores, & dolores summi acutissimique. Versantur hæc omnia,
 quæ per mortem ablata, adhuc diu noctuque ante oculos Viduæ nostræ,
 Hinc noctes insomnes, hinc dies inquieti, hinc solatium deficiens. Et sane,
 si & nos ad hæc respexerimus, nemo nostrum negabit, haud maius quic-
 quam ex illis, quæ ad hanc vitam spectant, amittere potuisse Viduam no-
 stram, quam id, cuius iacturam fecit irreparabilem, maritum scilicet di-
 lectissimum, amore dignum. Vtinam nomen ipsius hac vice exprimere
 haud tenerer. Vtinam adhuc in viuis esset. Sed frustra hæc opto.
 Fuit enim eheu! in numero mortalium, iamiam immortalis, Vir, cum vi-
 ueret, maxime Reuerendus, Amplissimus, Excellentissimus, DN. JO-
 HANNES PETRUS GRUENENBERGIUS, Phil. & S. Theologiæ Doctor,
 huiusque Professor Publicus Ducalis Ordinarius celebratissimus, Consi-
 storii Prouincialis Ducis Mekelnburgensis Assessor ordinarius, & Consilia-
 rius dexterrimus, Districtus Ecclesiastici per Ducatum Meclenburgicum
 Superintendens, Circulique Specialis Meklenburgici Præpositus vigilantissi-
 mus, Academiae Promotor, & Inspector Mensæ Communis fidelissimus,
 fautor noster certissimus, Collega coniunctissimus, amicus honoratissi-
 mus, Affinis fraterno affectu prosequendus. Vir de Academia nostra, de
 Ecclesia orthodoxa, de orbe literato, de Officiis omnibus & singulis quæ
 vnquam sustinuit, & de familia sua optime meritus: Ita meritus, ut cum
 id satis superque exprimere haud valeam, famæ vndique celeberrimæ, ut
 merita ipsius maioribus debitisque efferret laudibus, vnice, lubentissime re-
 linquerem. Quo tamen aliquo modo præstem, quæ iam, ex more rece-
 pto, mei sunt officii, illa, quæ partim in Programmate Dissertationi Inau-
 gurali Gruenenbergii nostri præmisso, partim in Rostochio literato, publi-
 cæ

cæ luci exposita, cum alia haud exhibita sint, quoad initium curriculum vitæ
 monumenta, eo lubentius repetam, quo magis ea quæ in qualibet pie defun-
 cti ætate gesta sunt, merentur, vt ad posteros quoquo modo memoria ipsorum
 transferatur. Et quidē *natus* est Gruenenbergius noster, orbemq; ingressus Har-
 burgi Luneburgensium, año recuperatæ Salutis 1668. eodē mense, quo *denatus*,
 & orbem quoad animam egressus. Lucem adspexit eodem die, quo corpus
 ipsius luci subtrahitur, est is 27. Januarii, qui in Calendariis *Chrysoctomi*
 dies, bono, imo in defuncto nostro vero omine, quod *aurei quoque oris*
 Vir aliquando futurus. *Renatus* autem & regeneritus per aquam & Spiri-
 tum ad meliorem, longe præstantiorem, ac Spiritualem vitam, (sine
 qua naturalis vita ne quidem pro vita habenda, sed potius in æternam com-
 mutatur mortem) quod testatur nomen JOHANNIS PETRI, quo
 nunquam (prout ex ore beate defuncti percepi) exemplo sane laudabili,
 & imitando, in subscriptione eiusdem vsus, quin in memoriam sibi reuo-
 caret lauacrum regenerationis, ac gratias Patri cœlesti pro insigni hoc be-
 neficio ageret. *Genitorem* suum veneratus est, Virum præstantissimum,
 CHRISTIANUM GRUNENBERG, Harburgensis Castelli, & muni-
 mentorum in re ædilitia, eiusque rationibus, suo tempore præstitutum Quæ-
 storem: *Auum Paternum* Virum integritate vitæ conspicuum, CHRI-
 STIANUM GRUENENBERGIUM, rei quondam annonariæ apud Gu-
 strouiensis Præfectum. *Auiam Paternam* habuit matronam laudatissi-
 mam, ANNAM SCULTENIAM. *Mater* ipsius adhuc in viuus, quæ
 turbatum mortalitatis ordinem, & filium charissimum præter omnem opi-
 nionem præiuisse dolet, Matrona est virtutibus Sexum muliebrem com-
 mendantibus ornata, MARIA SCHRODERIA. *Auus Maternus* fuit
 PETRUS SCHRODER. *Auia vero Materna* CATHARINA SCHMI-
 DIA, quorum Maiores ex familia, Senatoriis, Consularibusque mune-
 ribus vtrinque clara, oriundi. Hisce iam laudatis Gruenenbergii nostri Pa-
 rentibus, cum nihil magis in votis esset, quam vt aliquando DEO & Eccle-
 siæ inferuire posset, illud potissimum fuit curæ cordique, vt in tenera statim
 ac prima ætate, probis, gnauis fidelibusque traderetur Præceptoribus, qui
 ingenium eius, ad studia aptissimum, excolerent, moresque formarent.
 Vbi per quadriennium priuata vsum est manu ductione Cantoris, Scholæ
 Harburgensis, JOANNIS SCHULTZII, quem ipsum Præceptorem
 suum, postmodum eiusdem Scholæ Rector GRUENENBERGIUS NOSTER,
 Collegam habuit. Dehinc publicam ingressus Scholam, Præceptores
 consecutus dictæ Scholæ Rectorem, HENRICUM WITZENHAU-
 SEN, Conrectorem M. BERNH. SIUERUM, huiusque Successo-
 rem LUDERUM, præter FLIKWIRIUM, KOERBELINUM, ROE-
 MELINGIUM, HOEPFNERUM, SIMONIUMque, quorum ductu,
 studio, & labore, inprimis vero egregiæ indolis adminiculo, in tantum
 profecit, vt infantia proximus, decimo ætatis anno, inter primæ Classis
 discipulos condigne locari potuerit: ibidemq; per sexenniū subsistens, a fidelissi-
 mo suo, iam laudato Præceptore HENRICO WITZENHAUSEN in Lo-
 gicis, Rhetoricis, Geographicis, Chronologicis, imo & in Theologi-
 cis quæstionibus, ac controuersis institutus. Quibus ritè iactis funda-
 mentis, licet iam anno ætatis decimo sexto Academiis petere potuisset GRUE-
 NENBERGIUS NOSTER, Parentum tamen voluntati morem gerens, aliam

adhuc, & quidem Cellensem adiit Scholam, in qua Præceptores præcipue nactus M. GEORGIUM LUNDERUM Rectorem, Mathematicum studio præcellentem, & M. LAUR. ALB. DELIUM, tunc Con-Rectorem, postea Rectorem, qui qualem in ipso habuerit discipulum, sequenti disticho testatus:

*Talia non possunt mihi non documenta probari,
Qualia sedulitas dat mihi sepe Tuae.*

Ast nondum anni spatio elapso, GRUENENBERGIUS NOSTER priori suo Informatori, M. BERNHARDO SIUERO, tunc Osterbrucensium in Hadelia Pastori, ad desiderium ipsius redditus fuit, cuius ductu Oratoriae Ecclesiasticae, Philosophiae Practicae, Naturæ, & sic dicti Gentium Juris notitiam sibi comparauit. Adeoque plenam iam pubertatem adeptus, plenioreque in studiis profectus habens, in Studiosorum, Ciuiumque Academicorum numerum abs Helmstadiensibus receptus, anno 1686. mense Aprilis. In hac Musarum sede GRUENENBERGIUS NOSTER Doctores, Professoresque, & Theologiae, & Philosophiae magna cum attentione, magnoque cum fructu audiuit. Cumque exercitia Disputatoria insignem in qualibet scientia præstent usum, sub Præsidio D. NIEMEIERI in Metaphysicis, D. WIEDENBURGII Jun. in Logicis, D. EISENHARTI in Ethicis, & Respondentis, & Opponentis subsella, & priuatim, & publice occupando, semet exercuit, atque & volubilitatem Linguae, & ingenium expeditum, tam Doctoribus, quam Commilitonibus suis ostendit. In Theologicis autem Prælectionibus D. HEIGELII, in Dogmaticis, Polemicis, Homileticis, & Ministerialibus: D. BUSMANNI in Exegeticis: D. MEIERI in moralibus, & Casuisticis: D. CALIXTI in historicis Sacris: D. NIEMEIERI in Thetico-Antitheticis, solers, ad finem persistens, gnauus, & vere studiosus fuit auditor. Neque Theologorum modo, & Philosophorum iam celebratorum fauorem & amorem, propter industriam pariter, ac modestiam singularem expertus, sed ipsorum quoque Jctorum, Medicorumque gratiam facillimo negotio captauit, dum ipsorum pariter tum lectionibus & disputationibus, tum demonstrationibus, pro capacitate ingenii, frequenter interfuit, in aliena castra transiens, non tanquam transfuga, sed tanquam explorator. Et quidem tanta in ipso fuit cupido discendi, atque eruditionis thesauros augendi, ut etiam sermones tam Professorum ex Cathedra, quam Pastorum e suggestu, tachygraphiae auxilio ad verbum fere pro vsibus priuatis exciperet. Hac ratione biennio transacto, Academicam vitam ad tempus reliquit. GRUENENBERGIUS NOSTER, incrementa eruditionis ac cognitionis Theologo proficuae, in aliis quoque locis quaerens. Imitans apes, quae varios peruagantur campos, nec in vno loco subsistunt, quo ex quibuslibet floribus quaedam colligant in usum hominum. Elegit hinc præ aliis locis aëno atatis vigesimo, emporium celebre Hamburgum, hunc in finem, quo partim in hominibus excellentes plane & inclytos audiret Doctores, Pastoresque Ecclesiarum, partim in Altenauia, quam proxime Hamburgensium vrbi adiacente, sacra & ritus tam Pontificiorum, & Reformatorum, quam Quakerorum, & Menonistarum, imo & Judæorum perspiceret, atque expenderet. Holsatia relicta, sedem Sereniss. Ducum Luneburgensium, Cellam, repetiit, vbi præuio examine priuatissimo, ac concione habita, æque ac Hamburgi factum, a su.

a supremo Superintendente DN. D. HILDEBRANDO, in Candidatorum Ministerii numerum receptus. Dehinc reditum in patriam meditans, dirigente sic iter Summo Numine, anno 1689. Bardeuicum venit, vbi singularem, paternumque expertus est fauorem, Viri Maxime Reuerendi, Doctissimi- que, DNI. M. DAVIDIS SCHARFII, Pastoris Bardewicensium primarii, Canonicique, & Superintendentis longe meritissimi, Theologi, Oratoris, Philosophi, & Poetae, sui postmodum Pro-Soceri, qui pro eruditione sua, dona quoque GRUENENBERGII *NOSTRI* aestimare, ac perspicere poterat: quibus etiam semet, Socero deinde suo, Viro Amplissimo, Prudentissimoque, DN. JOACHIMO ZIMMERMANNIO, Ciuitatis Luneburgensis Senatori, ac Iudicii Praesidi grauissimo, commendauit: Eodemque tempore *illius* neptem, *huius* autem priuignam Virginem *virtuosam* (complector eo ipso omnia, cum *GRUENENBERGIUS NOSTER*, pro eloquentia sua, morti vicinus, deprædicato prius Viduae nostrae & amore, & fide coniugali, hoc ipso elogio, per aliquot vices repetito, vsus) nunc Viduam luctuosissimam, ANNAM MARIAM KOEPKENIAM, filiam Viri Praenobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, DN. JOH. HENR. KOEPKENII, Jcti celeberrimi, & Causarum Patroni apud Luneburgenses dexterrimi, apud Auum suum, laudatum iam Scharffium commorantem, amore coniugali complecti, ac thori sociam eligere coepit: Ita tamen, vt propositum hoc suum Pro-Socero futuro nondum exponeret, sed amore hoc honesto, tanquam medio quodam vteretur, citatiore cursu plus vltra, ac ad altiora tendendi. Dicto ergo anno 1689. Chiloniensem petiit Academiam, ibidemque non solum Philosophici Doctoratus gradu ornatus, a celeberrimo DN. OPITIO, tunc temporis Amplissimae Facultatis Philosophicae Decano, sed & eodem Opitio deinde Doctore, ac Professore Theologiae Praeside, (praeterquam quod Collegia Theologica frequentaret celebratissimorum Theologorum, D. KORTHOLTI, & D. FRANCKII,) assumens secum commilitonem Magistrum, reciprocatis cum ipso Opponentis & Respondentis partibus, per dogmaticas vniuersae Theologiae Theses, feliciter progrediens, in hac quoque Musarum sede, aequae ac in aliis, Symboli sui memor, *ImpiGre* (quod primis trium Syllabarum literis, nomen ipsius refert) se exhibuit Theologici studii Cultorem. Quo autem non fingeret sibi laruas quibuscum pugnaret *GRUENENBERGIUS NOSTER*, sed cum Aduersariis suis colloqueretur, ipsosque audiret, relicto Chilonio ad Fridericopolin Holsatiae, in qua variarum sectarum hominum est confluxus pro libertate Religionis, se contulit, atque Labadistarum, Arminianorum, Socinianorumque doctrinas percontatus, insimulque Slesvicum, cum Gottorpia, Tonningam, Rensburgum, Tychopolin, reliquasque fere omnes Holsatiae vrbes vidit. Peragratis his regionibus, ad suos Harburgi redux factus, & persentiscens purum illum, a Conditore status Coniugalis quondam excitatum amorem, iuxta immutabilem voluntatem diuinam, minime extinctum, praecedente Parentum consensu Bardeuicum repetens, palam desiderium suum Auo dilectae suae exposuit, eoque non solum, sed & Matre ipsius, Matrona, & pietate, & aliis virtutibus, sexum femininum ornantibus, factis etiam apud nos clara, CLARA MARGARETHA SCHARFIA, d. 14. April. a. p. satis functa, vna cum Vitrico suo, supra laudato DN. JO-

ACH. ZIMMERMANNIO, facillime annuente, anno 1690. publica cum
lectissima sua ANNA MARIA contraxit Sponsalia. Quo autem per
vltiorem peregrinationem conquisita eruditione, semet & Sponsæ suæ,
& domui Scharfianæ magis magisque commendaret *GRUENENBERGIUS*
NOSTER, iter vltius ad Batauos, Britannosque meditatus est: Et spe-
ctata Gröninga, Franeckera, aliisq; Frisæ Occidentalis Ciuitatibus, Hol-
landiam adiit, ibique Amstelodamum, Hagam Comitum, Lugdunensem
Academiam, ac cæteras primarias vrbes vidit. Tandem ex portu Hel-
uotfchluyfiano in Britanniam vento secundo delatus, Londinum venit:
dehinc in Hullam, Oxoniumque traiecturus, ibique aliquantisper com-
moraturus, sed horrida atque aduersa trium dierum tempestate impedi-
tus, dum a littoribus Angliæ abductus, & ad Insulam Sanctam nauis qua
vehebatur, appulsa est. Propositum ergo mutare, citiusque quam intenderat,
domū redire coactus; at nec hoc citra directionē suū Rectoris, dum reuerso,
Rectoratus Scholæ Otterndorffiensis sparta, ex Hadelia oblata, quam ipsam
vocationem tanquam diuinam secutus, annoque 1691. mensē Februar. ad
officium hoc Rectorium introductus. Quo facto, de nuptiis cum suavis-
sima Sponsa sua, per benedictionem sacerdotalem consummandis, cogi-
tauit *GRUENENBERGIUS NOSTER*, quæ & in ædibus Pro-Soceri sui, Dni Su-
perintendentis Scharffii d. 19. Maii insecuta. Rectoratu hoc Otterndorf-
fensi per triennium ferme fideliter gesto, ad aliud itidem Rectoratus Scho-
lastici munus in patriam vocatus, ab illustri, & generosissimo Dno CHRI-
STIANO VLRICO A WAKKERBART, Serenissimi Ducis Lunebur-
gensium, ac Winseniorum ad Luham Præfecto, itemque a maxime Re-
uerendo Dno JOH. WALTHERO, Harburgensium Superattendente,
Susceptore suo, ac Patre Spirituali. Circa initium ergo anni 1694. ma-
ximo cum applausu omnium receptus, Præceptores antehac suos,
SCHULTZIUM, FLICKWIRIUM, KOERBELINUM, Collegas su-
os salutauit, & hanc quoque spartam summa cum laude, summo cum fru-
ctu, summo cum incremento, & augmento Scholæ, ornauit: præ-
tereaque magnam concionum, tam laudato iam Dno Superintendente,
WALTHERO, quam Successore ipsius Dno GUSTAUO MOLANO hoc
expetente, in se suscepit, ac facunde non minus, quam expedite ad po-
pulum verba fecit. Quo ipso tantum consecutus est amorem, ani-
mosque Ciuium suorum adeo allexit, vt Amplissimus Senatus Vrbicus de
augmento honorum satis promerito sollicitus, consortium muneris Eccle-
siastici offerret. Sed aliter hoc dirigente rerum omnium Moderatore,
præter omnem opinionem, minimeque talia cogitanti, multo minus
ambienti, per commendationem specialem a Generosissimo Dno a WAK-
KERBART, & Maxime Reuerendo Dno Superintendente MOLANO fa-
ctam viro perillustri, Dno ANDR. GOTTLIEB A BERENSDORFF
Sereniss. Ducis Brunswicens. & Luneburgens. Domini **GEORGII**
WILHELMI primario Ministro, eiusdemque in Regiminis, ac sta-
tus Pacis & Belli negotiis Consiliario intimo, mandatum *GRUENENBERGIO*
NOSTRO, vt quamprimum examini Consistoriali semet sisteret, sacrum
ordinem assumeret, ac in castra Brabantica sub gloriosissimo **WILHEL-**
MO

MO, Anglorum Rege, semet conferret. Secutus & hac vice ductum diuinum, magnos quidem dolores, & lachrymas, tristesque vultus Collegarum, Ciuium, Discipulorum, Suorumque obseruauit: at tamen & hæc superans animose, in castra ad pedestrem Generosissimi Domini DE LUC, Chiliarchæ, Præfectique Legionis Regii cohortem, Pastor iuit, & Concionator, variasque simul Regiones magna cum voluptate peragrandi, atque in praxi Ministerialium curarum permultis, memorandisque exemplis proficiendi, locum & occasionem felicissime nactus. Vbi varia occurrerunt, præcipue in castris apud illos, qui violenta morte perierunt, miranda, inprimis in precibus aliquando ardentibus, & submissis ab ipso, in terram semet, in conspectu plurimorum adstantium proiiciente, ad DEUM fufis, quæ pie defunctus summa cum parrhesia recensere poterat: hæc tamen, ne nimis sim prolixus, præterire teneor. Illud autem haud prætermittendum, quantum humeri ipsius ferre valuerint, indicans, quod Pastoralis curæ, ipsi anno 1695. demandatæ, alia adhuc anno 1697. adiuncta: dum præterea Cohortes duæ, quarum altera Hollandica Serenissimi **PRINCIPIS HOLSATIÆ DE BECK**, Chiliarchæ, Legionisque Præfecti, cuius & Confessionarius Noster fuit, altera vero Suecica, Illustrissimi Comitæ BIELKII, sub Celsissimo Comite BANNIER Chiliarcha, Legionisque Præfecto, curæ eius Ecclesiasticæ commissæ. Quanta vero promptitudine, ac impigre *GRUENENBERGIUS NOSTER* officio hoc fuerit functus, vel exinde cuilibet patebit, quod in castris intra biennii spatium sexcentas circiter conciones habuerit, in iisque primam Pfalterii seriem, quæ 41. continet Psalmos, vitam Christi ex 4. Euangelistis conceptam, itemque Augustanam Confessionem, & Catechesin (libellum illum aureum) Lutheri, aliquoties propositam, magnamque hymnorum nostrorum partem, explicarit, ac illustrarit. Restituta autem d. iam anno 1697. per DEI gratiam pace, circa finem eiusdem, quamuis nondum a Serenissimo Principe suo dimissus, ad Rosetum nostrum se contulit, atque altero statim die, quo urbem hanc, insimulque Academiam ingressus, cum publice *de Statu infantium Gentilium, in infantia decedentium* disputaret venerandus Facultatis Theologicæ Senior, ac maxime reuerendus Dnus D. FECHT, extra ordinem semet tanquam oppositurum stitit, locum Magistrorum occupans, cumque vltimo loco, (sunt hæc verba iam laudati Dni D. FECHTII) pro more ad opponendum inuitaretur, opposuit extempore summa cum eloquentia, nec minus modestia, & cum indicio singularis eruditionis. Vnde & totum Auditorium applaudebat. H. J. Quo specimine eruditionis insolito plane & singulari, publice edito, *GRUENENBERGIUS NOSTER* eodem adhuc die 29. Decembr. circa vesperam, maxime reuerendæ Facultatis Theologicæ p. t. Decanum, Dnum D. ANDR. DAN. HABICHHORSTIUM adiit, ipsique ore tenus, vt & Facultati Theologicæ in Scriptis desiderium suum, de capeffendis summis in Theologia honoribus, præstitis præstandis, exposuit. Jussit hæc, cum extraneus esset, atque incognitus, vt semet initio, pro primo in Theologia obtinendo gradu, qui Baccalaureatus est, examini submitteret

C

ac

ac deinde pro eodem quoque Disputationem haberet Inauguralem, vbi Thematis loco a Spectatissimo Dno Decano ipsi propositus locus maxime controuersus, *Hof. XI. 1.* collatus cum *Matth. II. 15.* Vtrumque hilari fronte acceptauit *GRUENENBERGIUS NOSTER*, & sequenti statim 5. Januar. die, examen pro Bacculaureatu ex Libris Symbolicis, & controuersis tam eo spectantibus, quam recentioribus ita sustinuit, vt teste Decano iam laudato, ad omnia tam promte & dextre, tamque facunde responderet, vt nihil omnino fuerit desideratum. Prout & *Inauguralem pro Bacculaureatu Disputationem*, tam singulari promptitudine, eruditioneque conscripsit, quam omnium cum applausu ita sub præsidio Decani defendit, vt nullo Præsidente opus fuisset. Porro Bacculaureo Theologiæ ipso publice renunciato, ad examen quoque & Disputationem Inauguralem, pro Licentia supremos in Theologia honores obtinendi, admissus, talem in quæstionibus Biblicis, & ex historia Ecclesiastica desumptis se exhibuit, qualem ex Speciminibus præcedentibus cognitum eundem iudicauit Maxime Reuerenda Facultas Theologica. Quo autem eo magis dotes ingenii publicæ exponeret luci, e superiori Cathedra, præsidendo sub moderamine Dni Decani Theologicæ Facultatis, *Disputationem* habuit *Inter-Inauguralem*, in qua ad *Matth. Cap. I. Matthæum stitit eugenealogon*: eidemque intra aliquot septimanarum spatium subiecit *Dissertationem Inauguralem posteriorem*, continuantem priorem, de *Filio Dei ex Ægyptiis vocato*, ad *Matth. II. 15.* & *Hof. XI. 1.* Tandem *Post-Inauguralem* addidit, quæ locorum *Hof. XI.* & *Matth. II.* septuplicem exhibet usum, respondente Coniugis suæ fratre, **DAVIDE HENRICO KOEPKENIO**, iam Phil. & Theol. D. & Prof. Publ. Ducal. Ordinar. Fautore, Collega, ac affine nostro honoratissimo. Probata sic eruditione solida, capacitate ingenii singulari, dotibusque eiusdem excellentibus *GRUENENBERGII NOSTRI*, non potuit non aditus ad maiora patere. Factum ergo hinc, quod a Serenissimo Duce Megapolensi regente, **DOMINO FRIDERICO WILHELMO**, præuia commendatione Viri Nobilissimi, Consultissimique, Dni. D. **SCHARFII**, tunc temporis Causarum apud Schwerinenses Patroni dexterrimi, postmodum Consiliarii Regiminis Ducis regnantis Meclenburgici, fratris socrus suæ honoratissimæ, vt & Generosissimi Dni. Consiliarii intimi **DE COPPELAW**, non tantum ad vacantem Professionem Theologicam, sed & Superintendentis Meclenburgici officium, in locum celeberrimi Theologi, B. D. **IUSTI CHRISTOPHORI SCHOMERI**, vocatus, & ad officium Superintendentis Schwerini inauguratus, ac supremo in Theologia, seu Doctoratus gradu, anno 1698. d. 12. Jul. in solemnissima Promotionis festiuitate ornatus, ad Professionem quoque Theologicam introductus, prætereaque locum in Consistorio Ducali acceperit. Quam impigrum vero, sedulum, indefessum, laboriosum, solertem, & expeditum semet in his gesserit officiis, quæque vltèrius ad laudes pie defuncti, vt & ad recensioem familiæ ipsius honoratissimæ pertinent, verbis potius Viri maxime Reuerendi, Amplissimi, Excellentissimi, Dni. D. **KOEPKENII** iam laudati, quam meis, (paucis saltem ex Academiæ matricula adiectis) exponam. Sunt autem hæc sequentia. Cum de Venerabili Dn. **GRUENENBERGIO**, fra-

tre

tre atque Affine nostro æstumatissimo, desideratissimoq; , iisq; quæ ad ipsius laudabilissimæ vitæ curriculum pertinent, aliqua notanda sint, profundam Viri beati eruditionem Oratione mea persequi vix opus esse arbitror: de ea alias notare possem, quod sese non tantum ad exactam rerum Theologicarum, sed etiam Philosophicarum, & elegantiorum literarum accuratam cognitionem extenderit. Et has quidem vti magno cuilibet ornamento esse nouerat, ita eas tenacissime amabat, & ex iisdem ingenia æstimare solebat, propria experientia persuasus, eos, qui humaniora negligunt, seu inferiora studia raro feliciter tractare, nunquam vero accuratius comprehendere posse. Imprimis vero eloquentia Romana magnopere capiebatur; qua simul ita erat instructus, vt de quacunq; oblata materia, etiam non præmeditatus, promte atq; eleganter, magno verborum apparatu dicere posset. Copiosa foret materia, si de felicissima eius, omnium generum carmina, siue in Romana, siue in vernacula lingua pangendi, facultate, aliqua tantum commemorare velimus. Ea certe a propitia natura ita instructus erat, vt sine mora, etiam præsentem vel typographo, vel eo, in cuius gratiam scribendi erant, dulcissimos in varios casus numeros conficere posset. Philosophicis præterea atq; Philologicis scientiis omnibus atq; singulis, ita pectus permunitum erat, vt vbiuis interrogantis spei non tantum satisfaceret, sed eam quoq; superaret. De consummata rerum, Theologicarum scientia, meum non est prolixis verbis sermonem instituere: eam ex varietate rei, Venerabilis Facultatis Theologicæ Dnus Decanus, posteritati pro benignitate sua relinquet, & simul diuinam *GRUENENBERGIANÆ* memoriæ vim, qua omnia semel lecta, etiam longissimo post interuallo, secundum omnes circumstantias, accuratissime reddere poterat, si placuerit, deprædicabit. Mihi vero nunc volupe erit adicere, Virum hunc tantis animi dotibus instructum, rerumq; maximarum experimentis, scientiisq; eminentem, cum Anno MDCXCIX. a Serenissimo Principe & DOMINO, **DNO. FRIDERICO WILHELMO, DOMINO** nostro clementissimo, grauissimis muneribus esset præfectus, Ecclesiæ sibi commissæ, Academiæ huic, imo vniuersæ rei literariæ nunquam non præsidio fuisse, & adiumento. Adiuncta enim in ipso absolutissimæ doctrinæ tanta erat probitas, tantus aliis inseruiendi amor, vt ignorare potius voluisse videretur omnes literas, quam suo vnus commodo eas sibi acquisuisse: tantum aberat vt cuiquam, etsi vires aliquando non deessent, detrimento esse cuperet. Quanto non studio & sollicitudine, Academiæ comodis promouendis fuit deditus? Norunt id ipsum ipsius Domini Collegæ, quod nulli operæ, nulli labori collum subduxerit, sed omnia ex voto fideliter effecerit: norunt etiam Dni Studiosi, quibus modo sacratissimæ Theologiæ dogmata, è limpidissimis fontibus hausta, tradidit, modo Libros Symbolicos, quorum doctrinas in tabulas elegantissimas redegerat, proposuit, modo aduersas errantium sententias delineauit, & quam omni nexu destituerentur, ostendit, modo vitam, Christi sectatoribus dignam, agere præcepit, modo in Concione cum fructu verba affectus plena serere docuit. Ita nullius facile memoriam fugiturum esse arbitror, quam in delassabili labore, quanta mentis promptitudine, linguæq; facundia, Sacræ Scripturæ paginas suis prælegerit, & ad penitentiorem vniuersi Codicis Sacri

cognitionem eos deduxerit : quam inuicta solertia , plenum opus alex, Genealogias pariter atque Chronologiam V. Tti aggressus fuerit , & in elegantissimorum quorundam Comilitonum, qui praestantiam, & vtilitatem vtriusque huius studii aestimare nouerunt , comercio exposuerit , & vniuersam Scripturam S. a spinosissimis illinc detortis obiectionibus liberauerit. Mirandum certe , quod his aliisque negociis maximopere distractus , nihilominus ad scripta quaedam edenda animum applicare potuerit. Superfunt autem sequentia literarum monumenta, maximam partem inter nocturnas vigilias, insuperabili studio, & soliditate inconcussa confecta : Dissertatio

(1) *Inauguralis, pro Licentia assumendi primum Baccalaureatus gradum, Praesid. D. Habichhorstio, de Filio DEI ex Aegypto vocato, ad Matth. II, 15. & Hof. XI, 1.*

(2) *Diss. Inter-Inauguralis, habita de Matthaeo Eugenealogo, sub moderamine.*

(3) *Diss. Inauguralis altera, pro Licentia assumendi gradum Doct. eodem Praeside D. Habichhorstio habita, de Filio DEI ex Aeg. vocato.*

(4) *Diss. exhibens septuplicem usum ad Inaugurales, habita Respond. Dav. Henr. Kæpkenio, Luneb.*

(5) (6) *De Ministro DEI impio, Respond. Casparo Eberh. iur Edwen.*

(7) (8) *Diss. prior & posterior, de Jesu Nazareo, ad Matth. II, Resp. & A. Dav. Henr. Kæpkenio.*

(9) *Diss. prior & posterior de Discipulis Christi ex Mammona iniquitatis sibi susceptores in aeterna tabernacula conciliare iussis, ad Luc. XVI, 9. Respond. Autore M. Joh. Philip. Stahl, Hildesh.*

(10) *Diss. de Atheorum Religione prudentum, Respond. Joh. Henr. Schwarz Mекленбургico.*

(11) *Diss. de Matthaei fide Genealogica in media tessera decade, ad Matth. I, 6. --- II. Resp. Joach. Prüssing, Warana-Meckl.*

(12) *Diss. inauguralis, de Gratia praemole peccati superabundante, ad Rom. V, 20. Resp. M. Joh. Henr. Lenzio, una cum Programme Praesidis.*

(13) *Diss. de salitura ad ignem aeternum, ad Marc. IX, 49. Resp. Joh. Henr. Büßsenio, Mекленбургico.*

(14) *Diss. exhibens nucleum Protheoriae Theologicae, Resp. Mauritio, Holsato.*

(15) *Diss. de Sangare per stimulum bouum victore, ex Judic. III, 31. Resp. & Autore M. Martino VVilhelmo Schmid.*

(16) *Diss. De Bello Christiano licito, Autore & Resp. Josua Statio, Dobr. Megapol.*

(17) *Diss. in Βιβλον Ἰησοῦς Jes. Christi à Matthaeo scriptam, Respond. Joachimo Henr. Eggebrecht, Rost. Megapol.*

(18) *Diss. De Saltatione Christiano licita, Autore & Resp. Justo Statio, Mекл.*

(19) *Diss. de Apostolis, s. bibliis Apostolorum actis, usq. ad Baptizatum Paulum Resp. M. Joh. Eberhard. Udam, Reval. Livono.*

(20) *Diss. de Apostolorum actis biblicis, inde à Paulo Baptizato, usq. ad S. Canonis finem, Resp. M. Joachimo Davies, Rost.*

(21) *Diss. de Initio sapientiae, ad Prov. IX, 10. Aut. & Resp. Joach. Frid. Queitschio.*

(22) (23) *Diss. II. de Ministro Dei Impio, Resp. Helm. Christ. Schuzio, Mекленб.*

(24) *Diss. De peccatis Heroarum fidei eminentibus. Resp. Georg. de Saldern, Appenrad-Hols.*

(25) *Diss. Inauguralis de vitando privatae Communionis separatismo. Resp. & Aut. Joh. Seustio, una cum Programme Praesid. (26) Diss.*

(26) *Diss. Inaug. de Diuina S. Ministerii constitutione; ex Ep. ad Tit. I. 5.*
Resp. & Aut. Joh. Joach. Weidnero, una cum Program. Praesid. inuicatorio.

(27) *Diss. de Semine Dauidis Christo, 2. Sam. VII. solitarie intelligendo;*
Resp. Autore Schottero.

(28) *Diss. de S. Cæna necessitate, e Joh. VI. 53. asserta,* Resp. Autore Gerh.
Gerlingio, Susato. Westph.

His annumerandi adhuc sunt Tractatus nonnulli, vti sunt *Doctrina Symbolica de S. Theologia testibus symbolicis, principio primo, fine & Subjecto, Tabula Biblica Oeconomica, Tabula Bibl. Genealogica;* quibus adhuc *die Beschirmung des Pöpstlichen Responsi*, & alia Facultatis Theol. nomine composita, tum quoque *Concionem funebrem Meerhucimianam Serenissimi Principis ac Domini*

Domini **FRIEDERICI WILHELMI**, Ducis ac Domini nostri clementissimi iussu integre compositam, & varia adhuc Programmata, vel a Rectore, vel Decano consignata, & ex operis Scholasticis Pietatem Scholasticam addere possumus. Amplior autem eorum numerus exstitisset, si per summam negotiorum molem, qua sine intercapedine oneratus erat, vel eorum, quæ parata iam sunt, editionem, vel nouorum, quæ meditabatur, conscriptionem suscipere potuisset. Cæterum

Academiæ huius commoda *bus* velut Rector, & aliquoties veluti Promotor promouit. Et quidem primum anno 1700. Academiæ Rector matriculam, 73. Ciuium numero auxit. Secunda vero vice, anno 1706. Rector Magnificus, 56. nomina sua professos, sua manu matriculæ inseruit, & tanquam memorabile hoc sequentibus verbis annotauit. Rectoratum hunc (d. anni 1706) decorauit præsentia Serenissimæ Principis ac Domini,

DNI. FRIDERICI WILHELMI, & Vxoris eius Serenissimæ, Principis ac Dominae nostræ clementissimæ, **DNÆ. SOPHIÆ CAROLÆ**, vt & Serenissimæ Virginis Ducalis, Principis Meclenburgicæ, **DNÆ. SOPHIÆ LOUYSÆ**, quæ Serenissimi Ducis Regnantis Soror, tum primum hanc urbem clementissime & introiuit, & perlustrauit. Serenissima Princeps Vxor salutata est humillime a memet Rectore Vniuersitatis publico nomine, Comitesque habui Consultissimos Viros, Dn. D. STEINIUM, & Dn. D. TIELKENIUM, illum Juris, hunc Eloquentiæ Proff. P. P. qui iidem Viri postea Serenissimam Principem Virginem itidem quam humillimo alloquio salutauere. Mira in vtraque Serenissima Clementia, & ferme Comitatus, tum in excipiendo, tum in respondendo fuit. Serenissimus Dux regnans, pro more suo, velut in sedem suam Regiam deueniens, Academiam leuare voluit solemniori hoc alloquio, sola suæ Vniuersitatis pietate contentus: At sæpius Rectorem vti conuictu, ita sermone suo dignatus.

Qui idem Rector gauisus est gratia, Serenissimas Ducissas in ædes Schaperianas comitandi, ad curiosa ipsius experimenta spectanda. Fuerunt hic Serenissimæ Personæ Illæ d. XII. & XIII. vsque ad XIV. mensis Julii, post Dom. VI. Æ. Trinitatis, qua Rector Vniuersitatis ad Serenissimi desiderium Dobberani coram illis Sacrum e suggestu sermonem habuerat. Facultatis Theologicæ Decanatu itidem functus est.

D

sed

sed priuilegia & honores in Theologia summos, nonnisi vnico, maxime
 Reuerendo & Amplissimo Dno WEIDNERO contulit. Præterquam
 autem, quod Academiæ nostræ, & in ea Reuer. Facultati Theol omni-
 um virium robore inferuire contendit, simul tamen nihil intermisit eorum,
 quæ prouidi, vigilantis, cordatique Superintendentis munus efflagitare
 viderentur. Quot ille non contentiones alibi compositione abruptit?
 quot non defectus sua prudentia in melius mutauit, & omnia ad pium Ec-
 clesiæ sibi commissæ incrementum, & gratam DEO fidei & rituum har-
 moniam direxit? Nullum opus tam graue erat, nullus labor tam ardu-
 us, cui ferendo humeros suos non promptissime subdidit. Siue ergo dele-
 cti noui mysteriorum diuinorum præcones, sacro suo munere & ordine es-
 sent instituendi, siue alia a Serenissimo ac clementissimo Duce & Domino
 suo commissa sibi negotia expedienda erant, nullam itineris molestiam,
 aut operis grauitatem subterfugiebat. Non intermittendum autem hic
 videtur, quod sæpe e grato Beati ore deprædicari audiuius, cum non tan-
 tum diuinis, sed plerumque etiam ad breuitatem destinati temporis lucran-
 dam, nocturnis profectionibus vacaret Summum Numen ita assiduum, ita
 indiuisum comitem ipsi adstitisse, vt nulli vnquam violentiæ exponere-
 tur, nec vlla obscuri temporis pericula pertimescere deberet. Quoties
 electum & constitutum rite vel Superintendentem, vel Ecclesiæ ministrum
 initiatus est, non tantum e sacro suggestu verbum Domini & Seruatoris
 sui, incomparabili orationis flumine docuit, sed etiam orationem inaugu-
 ralem coram altari summa facundia, quæ omnes ipsum audientes in stupo-
 rem coniceret, habere consuevit. Contigit vero ipsi rara hæc fortuna,
 vt tribus in his terris Superintendentibus omni veneratione dignissimis, fa-
 cem præferret. Ita enim hic Rostochii Maxime Rev. atque Excellentiss.
 Dn. JOH. NICOLAUM QUISTORPIUM, Theol. D. & Profess. Publ.
 Ord. longe celebratissimum, eatenus Reuer. Ministerii Rostochiensis directo-
 rem grauissimum; dehinc Maxime Rev. ampliff. Dnum JOACH. SCHROE-
 DERUM, eatenus in aula Gustrov. Concionatorem meritissimum, denique
 Suerini Max. Rev. atque amplissimum Dnum JOACH. MARTINUM
 SCHUMANNUM, antea Cathedralis Ecclesiæ Suerinensis Pastorem prima-
 rium meritissimum, ad grauissimum Superintendentis munus, alacremq;
 in eo laborum perfunctionem introduxit: quorum hic, quanto in pretio
 GRUENENBERGIUM nostrum habuerit, in literis Schwerino transmissis, d.
 13. Jan. a. c. datis, sequentibus verbis indicauit. Es ist uns gestorden ein
 Eheman/ein Bruder/ein Schwager/ein Jonathan/ der voller Verdienste war/
 und Uns alle herzlich liebte. Ach! daß der Gottes-Mann/der Glaubens-
 Held umkommen ist/ der das Mecklenburgische Israel/mit dem Schwert des
 Geistes so männlich geschüzet/ und errettet hat! Des redlichen Mannes
 gleichen findet man nicht! aber/ ist dem also? so wissen wir auch/ daß
 man seinen eigenen Nuz/ der Glückseligkeit dessen/ welchen wir lieben
 nicht entgegen setzen müsse. Unser Wohlseeliger Herr Doctor, hat auff Er-
 den viel erlitten/ und könnte Paulo mit allem Recht nachsagen: Ich ha-
 be oft gereiset/ ich bin in Fährlichkeit gewesen in denen Städten/ in Fähr-
 licheit in der Wüsten/ in Fährlichkeit unter denen falschen Brüdern/ in Mör-
 der

de und Arbeit/ in viel Wachen/ in viel Fasten/ ohne was sich sonst zuträgt/
nehmlich/ daß ich täglich werde angelauffen/ und trage Sorge für alle Ge-
meinen. Quatuor, nisi me animus fallit, Præpositis inspectionis specia-
lis curam comisit, inter quos primus fuit Dn. ALBERTI, Circuli Gade-
buscha - Renensis; alter Dn. COTHENIUS, Circuli Meclenburgensis, ter-
tius Dn. CONRADI, Circuli Lubouiensis, quartus Dn. M. STOFFIUS,
Circuli Greuesmolensis Præpositi fidelissimi. Præterea sacro ordini quos-
dam adscripsit Pastores, qui hodiernum in vinea Christi, vno vel altero ad
cælos iam euocato, etiam operas Ministro Ecclesiæ dignas peragunt. In
Iudicio Ecclesiastico Ducali, quam inuicto patientis animi robore, quanta
fidelitate, quanta integritate, quanta demum prudentia, & quam suavi affa-
bilitate comisis sibi Consilarii partibus satisfecerit, dici vix potest. Nul-
lius querelas fastidiebat, etsi quandoq; ineptas, sed eas mira patientia &
humanitate audiebat, ne quispiam haberet, quod vlla veri specie crimi-
naretur: quod tamen auctoritatem eius non minuebat, sed potius auge-
bat, auctamq; confirmabat. Quod vero ad efficaces blanditias, & fallacias
alii forte relaturi erant, hoc ille candorem integerrimi pectoris ostendebat,
omnis omnino fraudis purissimus. Sicuti vero in deliberationibus & con-
sultationibus, præsentis semper & considerati, circumspectiq; erat animi:
ita perpensæ probe & pronuntiatae sententiæ tenax erat, nec alienæ volun-
tatis mancipium: plus ei veritatis, quam auctoritatis & *περὸ πᾶσης* ra-
tio faciebat. In abrumpendis autem causis dubiis & litigiis, an celerior,
an vero felicius fuerit? nescio. Cæterum cogitari facile potest, quantus
negociorum cumulus in variis officiis omnium desideriis & expectationi
satisfacientem obsepserit, quibus tamen omnibus dexterrime defunctus est,
etsi quandoque ne quidem ad cibandum corpus & vires reficiendas momen-
tum vllum superesset. His si adhuc addiderimus creberrimas visitati-
ones, & commercium literarium adeo frequens, vt ordinarie singulis mensi-
bus septuaginta, imo plures adhuc epistolas de causis grauissimis acciperet,
& rescriberet, mirandum sane est, quod inter tot onera vitam laboriosissi-
mam eousque producere potuerit. Interea tamen nihil Deo gratius, nihil
sua pietate & candore dignius se committere posse iudicabat, quam si Aca-
demix, & Ecclesiæ sibi concreditæ omni virium contentione, omniq; inde-
lassabili opera inferuaret, etsi propriam vitam sic profunderet. Hac verò
meritorum copia, & domi & apud externos celebratissimus, eam viuis no-
minis gloriam reportauit, quæ rarissime defunctos nobilitare solet. Ast
tantum abest, vt nunc post beatum viri excessum, famæ eius celebritas apud
gratos vnquam obliuionis nebulis inuoluenda sit, vt potius tam insignis
virtutis, tantorumque meritorum existimatio, maiori cura & solitudine
ad posteritatem transmittenda videatur: imo interitum Gruenbergianæ
famæ, scriptisque Viri B. solidissimis, siue iam tum orbi erudito exhibitis,
siue ex MStis quamplurimis aliquando parandis, dies alius inferre nequit,
nisi qui fato nouissimo vniuersis rebus caducis suum aliquando afferet exitum.
Fieri igitur sic aliter nec potuit, quin magnis & minimis sese in-
æstimabili virtute sua quam efficacissime commendaret, neminiq; sua culpa
grauem redderet, & molestum. Nouimus, eum in Regum Principum-
que Aulis ita frequentissime versatum esse, vt & summi rerum Domini, tum

per clementissimam eius admissionem, tum per gratiosissima cum ipso instituta colloquia, tum per apertam munificentiae suae erga ipsum declarationem, gratiae suae radiis e Celsitudinis suae folio beatum nostrum saepe irradiauerint: inprimis vero gratiosissimo ore, & impensissimis laudibus Beatum nostrum saepius profecutum fuisse percepimus, Serenissimi atque Potentissimi DOMINI, **DN. FRIDERICI WILHELMI.** Ducis Regnantis Mecklenburgensis, Domini sui, & nostri clementissimi, gratiam & clementiam plane singularem, in ipso frequentissime admittendo, tuendo, & ornando, nunquam defatigatam, cuius sane gratitudinis suae, vt barbara isthac voce vti liceat, etiamnum testes literae adsunt, nouissimo ante, qua lethalem lectu conscenderet, tempore, in memorabili quadam causa conscriptae. Faxit DEUS O.M. vt votis sincerissimis, quae Beatus noster pro Serenitatis eius incolumitate, & vniuersae Celsissimae Meklenburgicae Ducalis familiae prosperitate saepe fudit, diuina exauditio nullo non tempore respondeat. Verum sicuti primam & potissimam curam Beato nostro fuisse constat, Summo Numini in cultu humillimo, & Serenissimo Principi suo in prouinciis sibi commendatis, suam probatam dare integritatem: ita subinde non intermisit, omnibus fidem ipsius implorantibus, quantum honeste & pie fieri poterat, grata praestare officia, saltem nullo non tempore omnium commodis honeste inferuendi cupiditate adeo incensus fuit, vt suo etiam detrimento aliorum indigentiam subleuare non dubitaret. Nimirum sic optimum quemque fortunas possidere debere ratus est, vt eas non dubitaret amittere, quoties alterius necessitati possent subuenire. Quapropter cum fortuna & virtus in eo quasi de laudis prerogatiua inuicem certarent, illa quidem, vt haberet nonnunquam vnde subleuamenta quaedam aliis parare possent, haec vt quam libentissime vellet: virtus tamen eius maior semper reperta est, idque effecit, vt cum auxilia ferre non possent, vellet tamen, & cum possent, ampliori tamen quam possent, vti esse, perpetuo concupisceret. Innumeros sic indefessa benignitate sua sibi deuinctos reddidit, quos nunc praematuri eius obitus acerbitas in fura coniecit tristitiam. Imprimis vero sanguinis atque affinitatis vinculo secum coniunctos, prorsus tenerrimo affectu profecutus est, nec vllas suas vires, curas, atque operas cuiquam eorum, hoc nexu ei copulatorum, deesse passus fuit. Imo parentes, & in his superstitem, adhuc Dominam Matrem, fratres & sorores, non filiali & fraterno, sed velut alter Iosephus, vere paterno amore fouit, & ornauit. Sic cui Patris nomen torus denegauerat, bene & paterne de pluribus merendi studium, omni iure concessit. Non enim sola prolem suscipiendi felicitas, quae etiam pessimis communis est, patres efficit; efficit maxime paternus affectus, paternis beneficiis quamplurimos obligans. Erat Beatus noster in saecundo matrimonio secundo genitus, aetate ipsum antecedente Viro maxime strenuo, Dno. HENRICO CHRISTIANO GRUENENBERGIO, Architecturae militaris scientia instructissimo; qui hodiernum DEI gratia superest, & post nauatam aliis Principibus in militia fidelem operam, in Potentissimi heroum Monarchae, CAROLI XII. seruitiis Stadae munitionibus struendis occupatur, in coniugio caeteroquin viuens felicissimo

mo cum Nobilissima atq; Virtuosissima foemina, DN. ELEONORA SPRENGELIA. Quemadmodum vero huic fratri suo ætate maiori omnem, quæ ab ipso expectari poterat benevolentissimæ voluntatis, fraterniq; affectus promptitudinem, innumeris occasionibus declaravit: ita quotquot in reliqua octo fratrum & sororum serie, ipso ætate sunt inferiores, Beato nostro suos vel in literis progressus, vel in vita alenda honestatem, vel in coniugiis ineundis felicitatem se debere, grato ore profitentur: Ipse vero divinæ gratiæ vnice tribuere solebat, si qua in re commoda suorum amplificare potuerat. Vidit autem, sibi que impense gratulatus est, fratrem JOACHIMUM DIETERICUM, superatis tandem difficultatibus quibusdam, Røbeliæ partes suas ex sententia obire. Vidit sororem BEATAM CATHARINAM virtuosissimam foeminam, in tõro Plurimum Rev. atque Præcellentis Dni. HIERONYMI NIEPERI, de Scholasticis rebus, non vno hætenus loco bene meriti, & Ecclesiæ quæ Crammonæ colligitur, Pastoris fidelissimi. Longe suauissima, longeque acceptissima ipsi semper fuit Blücheriæ, primo lapide a Boizenburgo distantis, mentio, qui locus Plurimum Rever. atque Amplissimo DN. HANNONI HENRICO, ante hac in Hamburgensium naui quadam bellica, in Hispaniam abeunte, sacra administranti, nunc vero illius Ecclesiæ Pastori solertissimo, concionique suæ gratisimo, in dulcissimis amplexibus Prænobilissimæ atque omni virtutum genere ornatissimæ Dnæ ANNÆ MARGARETÆ HECHTENIÆ, Coniugis suæ amabilissimæ, placidissime viuenti, hospitium præbet, vbi etiam aliquoties, in iucundissimo cognatorum commercio, laborum intercapedine fruitus est. Verum nec sine impenso animi gaudio Brunsvigæ, celeberrimæ inferioris Saxonie ciuitatis, meminisse solebat, vbi instructissimam condecoratissimamque HEDEUIGAM DOROTHEAM sororem Ipsius secundo genitam, multo amantissimam, in quietissimo coniugio fouet Vir Amplissimus, atque Præcellentissimus, Dnus FRIEDERICUS WEICHMANNUS, Beati nostri in Ludi Harburgensis Con-Rectoratu primum Collega, & deinde in Rectoratu Successor longe dignissimus, postea vero Wolfenbüttelensis, & nunc denuo Brunsuicensis Martiniani Moderator celebratissimus. De cætero curas suas in fortunam Viri maxime strenui Dni ADOLPHI FRIEDERICI, qui in bellicis artibus in exercitu Potentissimi Suecorum Monarchæ, & dehinc aliorum Principum excolendis, vsque ad Centurionis dignitatem emerfit, sæpe contulit: Vidit vero vltius dilectissimam sororem ANNAM MARIAM connubiali Vinculo Plurimum Rev. atque clarissimo Dno PETRO JOHANNI BUNSOUIO, Biendorfiensis Ecclesiæ Pastori fidelissimo, socialem. Cumque vna hætenus restaret foror, virtutibus suum sexum decentibus optime instructa, Virgo ANNA ELISABETHA, ipse feralis lectus hanc ei voluptatem vltimam attulit, vt eandem adhuc toro Viri Plurimum Rev. atque clarissimi Dni JOACHIMI HENRICI EGGBRECHTI, electi nuper Penzlinensis Ecclesiæ Pastoris, destinari viderit. Denique fratrem ætate omnibus cedentem GOTHOFREDUM, rebus suis Kalckhorsti contentum vidit etiam, sibi que ita, quod suis prouisum sit, lætatus est. Horum verò omnium literæ multo tristissimæ, satis patefaciunt, quantopere insperatus dulcissimi sui fratris, imo patris, ipsi enim hac appellatione vtuntur, obitus, pectora eorum afflixerit. Testabuntur illi quoad viuent, & in ore nominus, quam animo habituri sunt, sui quondam, nunc beatissimi JOH. PETRI GRUENENBERGII amorem benignissimum, nulla temporum varietate, nulla locorum distantia, nulla fatorum vicissitudine interruptum. Sed in hoc vere fraterni affectus elogio iis haud cedent,


E


qui

qui Beato nostro affinitate proxima iuncti fuere. Enimvero non satis verborum reperire potuero, quibus mirificum & incredibilem in eo amorem, indefinentesque rerum mearum curas, quas inde a primo coniunctionis vinculo suscipere non recusauit, patefacere, commendare, atque illustrare queam. Virtuosissimum eius exemplum nunquam non ad maiora me excitauit, saluberrima eius consilia mirum in modum studia Academica promouerunt, dulcissimus eius conuictus, & frequentissimum cum ipso commercium, variam occasionem animi vbiuis confirmandi mihi præbuerunt. Nunquam in memor esse potero literarum humanissimarum, quibus ex Academia Julia in hoc Rosetum me retraxit, iteratis de maturando reditu consilii hæc subiiciens: *ne dubites mutare terram, & ad nos reuerti, præsertim cum valde sperem, Te hic inuenturum aliquando esse, quod honori sit, gloriæq;, quodq;, Deo quiete colendo sufficiat, & demum sic finiens: Quod si quid vnquam valent mea vota, nunc ea valere cupio, & ut petenti obsequari, rogo. Nihil mihi incundius, gratiusq; agere poteris.* Nec mecum ex memoria vnquam delebit vxor mea, ANNA CATHARINA PAPENIA, demonstrati erga nos vicinos suos calidissimi affectus integritatem, mirificam oris dulcedinem, omniumq; virium ad augendas res nostras propensionem. Sic etiam fratres mei DN. BRANDANUS FRIDERICUS, J. U. Candidatus, & Facult. Theol. Secretarius, vt & DN. GEORGIUS WILHELMUS, J. U. Licent. & Ducalium Judic. Aduocatus, animis suis excidere nunquam patientur, qua fide liberalium artium studiis ipsos iam in schola Harburgensi instituerit, quibus monitis eos in Academiis agentes excitauerit, quo ardore ad ipsos varie ornandos contenderit, & quam integerrimo amore dilectissimas ipsorum vxores, Nobilissimas DNAS MARGARETAM EUPHROSYNAM SIBRANDIAM, & EVAM CATHARINAM DUGGENIAM, amabilissimis dotibus maxime conspicuas, amplexus fuerit. Ea vero etiam spes erigebat, quartum inter Affines DN. DAV. JOACH. ZIMMERMANNUM, fore, vt æstumatissimi sui affinis curæ, ipsius saluti consulerent: qua tamen Deo volente excidit, insuperabili hinc dolore in reliqua lugentium cohorte perturbatus. Apud hos omnes amatissimum Gruenbergii nomen æternis laudibus florebit; cumq; dignas ipsius meritis grates, inter viuos adhuc degenti, reponere non licuit; omnium sincerissima hæc sunt vota precesq;, vt Deus eleuatam ad superos animam, eo maiori gaudiorum cumulo recreare, corpori vero tanto securiorem in terra quietem concedere velit, donec animæ suæ redunitum interminabili voluptate vna perfruatur. Superest iam, vt nouissima Viri Beati recenseamus. Etsi prouida & benigna natura æstumatissimum GRUENENBERGIUM nostrum, viuendo & salubri corpore liberalissime donauerat, ipseq; integrum eius vigorem summa sobrietate, nec interturbata vnquam temperantia conseruauerat, fieri tamen non potuit, quin concatenati labores, & nocturnæ vigiliæ ad diurnas operas perpetuo adiunctæ, profectuumq; muneris sui causa suscipiendarum molestiæ, valetudinem eius aliquando interciperent; in eo tamen hæcenus insigni plerumq; utebatur felicitate, vt, si quando imbecilliori corpore laboraret, breui tempore restitueretur, nec enim ei per negotiorum frequentiam diu corpus curare licuit. Accidit autem vt superioris anni mense nouissimo, ad Inaugurationem cuiusdam recens constituti Pastoris Vitelübbum, prope Gadebuscham tenderet, indeq; Suerinum profectus, Splendidissimis Aulæ Meklenburg. Primatibus, quod sperare nemo potuerat, fidem atq; officia sua vltimū testaretur. Hinc Beidendorffii implicatis rebus nonnullis honestissime, patientissimeq; compositis, per castra Danica, vicinam Wisnariam obsidentia, iter ingrediebatur, multaq; beneuolentia & fauore, Generosissimi Excellen-

cellentissimiq; DNI, RANZOVII, copiarum Danicarum ibi relictarum Ducis illustissimi, nec non incomparabili, sumamq; dignitatem mirum in modum ornante humanitate Generosissimi, itemq; Excellentissimi DNI. LEGARDII in iisdem castris Ducis locum tenentis maxime strenui, egregie vsus, Rostochium suum repetebat: vbi licet negotiis in triplici officio efficiendis, consueta virium alacritas sufficere videretur, ita vt ad maturandos labores, seras noctes assumeret, mutatum tamen vultus splendorem aliqui obseruarunt. Quos non fefellisse sensus suos, sequentium dierum decursus patefecit. Siquidem proximo, ante ingrediens Natalitiorum festum, die, de virium imbecillitate conquerebatur, cuius tamen grauiora augmenta neutiquam sperans, sacrae concioni sub ipsis feriis se nolebat subtrahere. Ast alterius festi diei vespertino tempore, in templo Mariano degentem, febris aggrediebatur, qua nutante gressu domum repetentem, lecto intulit. Primis diebus spes erat pristinum corporis robur eum breui esse recuperaturum, quod & ipse Praenobilissimus, Experientissimus, atque Excellentissimus Dn. SCHAPERUS, Medicinae Doctor, & in hac Alma Professor celeberrimus, inque Regum, Principumque aulis versatissimus, omni fide eius conseruationi prospiciens, promittebat: sed aduenientis anni primordia, luctuosissimum eius casum, qui modo subsecutus est, minabantur. Quemadmodum vero per vniuersam vitam mundi huius rerum vanitatem parui pendebat, & inter frequentissimorum suorum laborum curas, ad istam caelestem requiem saepius anhelabat, ita & in hac postrema corporis valetudine, etsi ad vitae huius spem nonnunquam erigebatur, sapientissimae Numinis supremi voluntati totum se committebat. Cum saepissime illius lecto ego moestus adstarem, ipse non raro prouidi rerum humanarum Moderatoris fauorem mihi promittebat, meque constanti animo in DEI prouidentia iussit acquiescere. Videbatur mortis hora sub initium d. 4. Jan. iam ingrauescere: quo tempore cum e somno excitatus ad aegrotum aduentarem, eumque viribus ferme fractis offenderem, in multorum praesentia ad DEUM flagrantissime precari coepi, cumque ad fiduciam in vulnera JESU, eiusque inestimabilia merita, ipsum forte excitassem, addito hoc promisso, quod ipsum veluti fidelem seruum etiam in summa necessitate relicturus non esset, iteratis vocibus mutauit verba mea, & cum dicerem: *Den treuen / den braven GRUENENBERG* / aliquoties dixit, *Den elenden / den armen GRUENENBERG* / altaque voce, qua per vniuersum morbi tempus vsus non fuerat, summisit: *Jesus du lässt mich nicht / ich lasse dich nicht: Das etne steht fest in deiner Göttlichen Wahrheit / das andere steht bey mir / ich lasse dich nicht.* Cumque manus impensissime amati coniugis sui prehenderet soror mea, easque suis lacrymis madefaceret, plura elogia addidit, quibus praesentis suae Coniugis, quae mirifica amoris dulcedine hactenus cum Marito suo certauerat, merita in se extolleret, & dehinc diuinæ gratiae, & praesidio, quae incomparabili solatio ipsi futura esset, eam commendaret. Etsi vero vita ipsi paululum adhuc differretur, non discessi tamen ex moribundi aedibus, sed augescentem morbum precibus meis emollire studui, quibus ille, cum voce amplius non posset, erectis, sed stupentibus iam, manibus respondere non intermisit. Accessit etiam Maxime Reuer. atq; Ampliff. DN. WEIDNERUS, Theol. & Philof. Doct. celeberrimus, fautor atq; Affinis noster aestumatissimus, & non solum aegroti iam in agone constituto, sed pleno rationis vsu ad finem vsq; constanter instructo, alloquiis saluberrimis, & indefesis consolationibus adstitit, sed etiam cum nobilissimam animam exhalaret, eam multa benedictione comitatus fuit, deinde vero lacrymabilem tristissimae Viduae, & reliquorum cognatorum conditionem, pro sua beneuolentia solatus est. Sic ergo ad superos euasit Venerabilis DN. GRUENENBERGIUS noster, & sine dubio multa aeternae salutis gratulatione a beato ipsius Parente, qui fere sub idem anni tempus, nempe Año 1703. d. 5. Jan. tumulo suo illatus est, itemq; a-

dilectissima, honoratissimaq; eius socru, quæ proximis abhinc mensibus in ipsius Beati ædibus, diem obiit supremum, & suo ad cœlestes abitu ipsum non minus, quam reliquos liberos vehementissime affixit, aliisq; ibi in comercio sanctorum Angelorū ante ipsum iam degentibus, except⁹. Vere autē nunc attigit, quod in Symbolo suo sibi solebat promittere: *In Paradiso Gaudebo, Hic Lugens*, sub quo latet nomen DN. JOH. PETRI GRUENENBERGII, Harb. Luneburgici. Ibi locorum meus degit, vbi vere gloriari potest: *Hic nihil invidia*. Cumq; maioris tranquillitatis spe semet aliquando reficeret: *olim montana virebunt*, Voti sui meus damnatus est, *Impi Ger Heliconem*. (quod symbolum a B. itidem adhibitum Nomen, J.P.G.H. repræsentat,) æternæ felicitatis conscendit, vbi sempiternis gaudiis perfunditur, nobis interim omnigenam eius virtutē frustra desiderantibus, & hinc mærore grauissimo languescentibus, imo fere confectis, nisi Diuina gratia nobis solatio esse, & vulneribus nostris mederi voluerit. Hucusque DN. D. KOEPKENIUS. De morbo vltimo GRUENENBERGII NOSTRI referentem sisto Virum Prænobiliss. Expertiss. Excellentissimumque DN. JOHANNEM ERNESTUM SCHAPERUM, Medicinæ D. & Profess. Publ. Ducal. Ordinar. famigeratissimum, Facultatis suæ Seniores, Sereniss. Ducis Regnantis Meclenburgici Consiliarium Aulicum, & Archiatrum, Academiae iam Promotorē, & Inspectorē Mensæ Cōmunis fidelissimū, Dnum Favorē, Amicū, & Collegā meū honoratissimū: Cui sequentia cōmunicare placuit. *Ad morbum Celeberrimi nostri Theologi, GRUENENBERGII, Collega mei Suauissimi, nunc desideratissimi quod attinet, eras febris ardens biliosa, quā die 26. Dec. præteriti anni correptebatur, hujus initium non solum ilicō comitabatur Lingua atque faucium insignis ariditas, cum manifestā partium carnosarum contabescentiā, sed utriusq; comes simul erat ventriculi molesta gravitas, atq; tensio in respiratione impedimentum non leue inducens & frequentissimam flatuum urgens eructationem cum sapore oris amaro constanti. Quibus vultus alias optimè sanus statim morbi initio & festinato cursu summè emaciatus, & oculorum alias naturalis optimus splendor in torvum mutatus junctus erat. Tales morbi comites non aliud mihi suppeditare poterant Prognosticon, quam morbum hunc aut more acutum febrilem esse terminaturum, aut si mitius ageret, degeneraturum in febrem Lentam; imprimis cum Virium depauperatio simul ex eo, quod juxta ipsius consuetudinem etiam brevi ante morbum negotiis & Laboribus indefessis essent consumpta. Horum igitur symptomatum omnium cause Principali ut ut Convenientibus & exquisitis remediis iretur obviam, quibus partim collecta saburra biliosa educebatur, partim corrigebatur, & inde quoq; Eger levare se sentiret, non tamen id obtineri poterat, ut sanguis à bile disturbatus per debitas liberaretur vias, quin potius redirent exacerbationes cum intercurrentibus deliriis, cumq; virium parvus adesset numerus, nec ita facile nec optimis nutrientibus reparari possent, omnis sollicitudo atq; labor agrum conservandi privabatur successu, unde factum ut die post nonam morbi sui proximā sed ad dimidium vix absolutā placidè obdormiret, non solum cum lætū adstantium cognatorum amicorumq; insigni, sed & Academia ipsius nostre, cujus jacturam merito luget. Hæc est fors vitæ humanæ, hæc ipsius conditio, quod præter votum breuior sit. Nec in hoc respondet voluntas diuina, voluntati & votis humanis: Quod si enim Votis seruari potuisset GRUENENBERGIUS NOSTER, per plures adhuc annos vixisset. Cum autem aliter de vita ipsius disponere placuerit Summo Numini, nil iam restat Ciues Academici, quam vt ex animo Viduæ mœstissimæ efficacissimum Spiritus Sancti, qui Spiritus est lætitiæ, gaudiiq; voueamus solatium: Nec in iis quicquam prætermittamus, quæ vlla ratione ad solamen lugentium aliquid conferre possunt. Spectat huc vltimum officium, quo amorem, & quanti faciatis GRUENENBERGII optima merita, testari, publiceque declarari potestis, frequentes eundo exequias, copiosaque præsentia deductionem funeris exornando. Quod vt fiat, ego quo par est studio hortor, studioseque rogo. Fiet conuentus in Æde Jacobæa hora prima. P.P. sub Sigillo Vniuersitatis. Rostochiensis, d. 27. Januar. A. Æ. C. dō lcccXII.*





33
LBMV Schwerin
000.188.018





beit/ in viel Wachen/ in viel Fasten/ ohne was sich sonst zuträgt/
 daß ich täglich werde angelassen/ und trage Sorge für alle Ge-
 Quatuor, nisi me animus fallit, Præpositis inspectionis specia-
 comisit, inter quos primus fuit Dn. ALBERTI, Circuli Gade-
 enensis; alter Dn. COTHENIUS, Circuli Meclenburgensis, ter-
 CONRADI, Circuli Lubouiensis, quartus Dn. M. STOFFIUS,
 euesmolenfis Præpositi fidelissimi. Præterea sacro ordini quos-
 psit Pastores, qui hodiernum in vinea Christi, vno vel altero ad
 euocato, etiam operas Ministro Ecclesiæ dignas peragunt. In
 clefiastico Ducali, quam inuicto patientis animi robore, quanta
 quanta integritate, quanta demum prudentia, & quam suavi affa-
 nistis sibi Consiliarii partibus satisfecerit, dici vix potest. Nul-
 las fastidiebat, etsi quandoq; ineptas, sed eas mira patientia &
 e audiebat, ne quispiam haberet, quod vlla veri specie crimi-
 quod tamen auctoritatem eius non minuebat, sed potius auge-
 ng; confirmabat. Quod vero ad efficaces blanditias, & fallacias
 elaturi erant, hoc ille candorem integerrimi pectoris ostendebat,
 purissimus. Sicuti vero in deliberationibus & con-
 is semper & considerati, circumspectiq; erat animi:
 pronuntiata sententiæ tenax erat, nec alienæ volun-
 is ei veritatis, quam auctoritatis & προσωποληψίας ra-
 umpendis autem causis dubiis & litigiis, an celerior,
 ? nescio. Cæterum cogitari facile potest, quantus
 in variis officiis omnium desideriis & expectationi
 rit, quibus tamen omnibus dexterrime defunctus est,
 dem ad cibandum corpus & vires reficiendas momen-
 . His si adhuc addiderimus creberrimas visitati-
 iterarium adeo frequens, vt ordinarie singulis mensi-
 plures adhuc epistolas de causis grauissimis acciperet,
 lum sane est, quod inter tot onera vitam laboriosissimè
 ere potuerit. Interea tamen nihil DEO gratius, nihil
 dignius se comittere posse iudicabat, quam si Aca-
 di concreditæ omni virium contentione, omniq; inde-
 ret, etsi propriam vitam sic profunderet. Hac verò
 domi & apud exteros celebratissimus, eam viuis no-
 uuit, quæ rarissime defunctos nobilitare solet. Ast
 e post beatum viri excessum, famæ eius celebritas apud
 tionis nebulis inuoluenda sit, vt potius tam insignis
 re meritorum existimatio, maiori cura & solitudine
 mittenda videatur: imo interitum Gruenenbergianæ
 ri B. solidissimis, siue iam tum orbi erudito exhibitis,
 rimis aliquando parandis, dies alius inferre nequit,
 o vniuersis rebus caducis suum aliquando afferet exi-
 e sic aliter nec potuit, quin magnis & minimis sese in-
 quam efficacissime comendaret, neminiq; sua culpa
 molestum. Nouimus, eum in Regum Principum-
 isissime versatum esse, vt & summi rerum Domini, tum
 D 2 per

